



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 27. Japonum Legati honorifice excepti, ac Roma profecti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

Sæcul. XVI
A.C. 1585.

quam vero hæc inauguratio fieret, nō
vus Papa Romanæ Urbis Gubernato-
rem, omnesque capitalis fori Judices
acersebat, eis injungens, ut æquitati
totis viribus studerent, ubi illos tam se-
vera oratione alloquebatur, ut ejus
verba potius comminantis, quam hor-
tantis esse viderentur: summa autem
benevolentia Principum, Procerumque
Romanorum Oratores excipiebat, quam-
vis illos sermone prolixo minime deti-
neret, caussatus, quod gravioribus ne-
gotiis, quam verbosis ejusmodi gratu-
lationibus primos Pontificatus sui dies
sacrare cogeretur.

§. XXVII.
*Japonum Legati honorifice excepti,
ac Roma profecti.*

*Labe tom. I. lib. 5.
Sachini hist. Soc. p 5. l. 5.
pag. 229.* **N**ihilominus Japoniæ Legatos singula-
ri dignabatur benevolentia, eos-
que perhonorifice excipiens cum illis
non sine luculentis paterni affectus, ac
familiaritatis testificationibus confere-
bat, indulgens etiam, ut ipsi in suæ
coronationis die Umbellam deferrent,
ac Pontifici rem divinam peragenti,
manusque lavanti aquam affunderent:
insuper præcepit, ut hi sequenti Domi-
nica ipsum, cum ad capessendam Ec-
clesiæ Lateranensis possessionem perge-
ret, comitarentur, ac cum ceteris Pro-
ceribus

ceribus soleanni ritu equis veherentur, Sæcul. XVI.
AC 1585.
ubi primus ex hisce Oratoribus Pontifi-
ci equum condescendi stapedem tene-
bat. Postea cuncti hi Oratores magni-
ficiis prorsus donis ab hoc Pontifice ho-
norabantur.

Denique præter tot favores Papa
insuper novo liberalitatis suæ argu-
mento quatuor millium aureorum pen-
sionem, quam nuper defunctus Ponti-
fex pro conservandis eorum seminariis
indulserat, aliis duobus aureorum mil-
libus augeri voluit, iisque pro itineris
sumptibus tria aureorum millia, præter
plurima privilegia, dono dedit, eis-
que per integrum trimestre, quo Ro-
mæ morabantur, gratuita hospitia de-
stinavit: cum vero sese itineri accinge-
rent, ipsus juxta eorum vota sacrum
pro iterantibus, ut a Deo ipsis prospe-
rum in patriam suam redditum impetra-
ret, celebrabat, cunctisque quatuor
hisce Legatis sacram Synaxin propria
manu distribuebat. Demum ad Capi-
tolinam domum deducti ibidem exci-
piebantur a Senatoribus, populique
Conservatoribus, qui sedibus in Senatu
assignatis illos, omnesque eorum po-
steros, in quacunque regione nasceren-
tur, Urbis Romanæ Cives, ac Patritios
declarabant, tradentes diplomata,
quæ in charta pergamenta eleganter de-

Hist. Eccles. Tom. L. U. scripta

Sæcul. XVI. scripta ingenti sigillo aureo ex encausto
A.C. 1585. opere munita erant. Tot honoribus,
 donisque cumulati postremo accepta
 summi Pontificis benedictione die tertia
 Junii Roma discesserunt, ac comitan-
 tibus eos Papæ Ministris per Urbina-
 tis Ducatum, & Marchiam Anconi-
 tanam Venetias usque deducebantur,
 inde vero Ferrariam, Mantuam, & Me-
 diolanum pergebant, ut universæ Ita-
 liæ populi tam solemnis, atque a remo-
 tissimis regionibus decretæ legationis
 testes essent: Ceterum hi Oratores in
 omnibus urbibus summa magnificentia
 recipiebantur: tandem vero Genuam
 delati consensa navi in Hispaniam, sti-
 pante eos decem triremium classe con-
 tenderunt, atque in patriam suam re-
 versi sunt.

§. XXVIII.
*Italia ab exilibus, & latronibus pi-
 nitus per Papam expurgata.*

Bullar.
 Const. I.
 Sixti V.
 p. 526.

Die vigesima quarta Maji summus
 Pontifex per universum Orbem An-
 ni sacri solemnitatem promulgabat, ut
 ipse ad sustinendum impositum sibi onus
 a Deo necessarias vires obtinere posset,
 cum suarum partium esse noſſet, ut
 morum correctioni insudaret, & corru-
 ptelis, malisque per nimiam Prædeceſ-
 foris sui clementiam introductis reme-
 dium